episcopum et reverenter in capsa ad sanctuarium collocatum. Cuius tunc [b] translationem deus, qui semper est gloriosus in sanctis suis [c], novis miraculis decoravit.[d] Dum [d] tamen multi post mortem sanctitati sue detrahentes ipsum dicerent fuisse ecclesiarum dilapidatorem propter elimosinas quas fecerat et civium suorum excecatorem. Nam ipsa nocte dum [e] translatio eius in monte [f] fieret, nullo conscio ianuis obfirmatis audita sunt [g] illa hora per omnes sub monte [h] habitantes, monachis quidem in monte minime audientibus, quatuor maiora signa campanarum ecclesie solempniter insonare, stupentibus omnibus quid huiusmodi pulsatio pretenderet, donec facto mane res tam insolita cunctis innotescebat. Cetera sanctitatis huius sancti pontificis Annonis vite ac [i] conversationis et [k] miraculorum insignia in legenda eiusdem, que apud multas servatur ecclesias, plenius continentur.

Caes. Heist. dial. mir. VIII c. 69.

Transl. s. Arnonis c. 6.

Hildolphus Coloniensis pontifex XXXIV.

Tricesimo quarto loco sedit in pontificali cathedra Coloniensis ecclesie sub Heinrico quarto imperatore annis 15 [18] venerabilis archiepiscopus Hildolphus.[l] [18]

[18] Cat. I. et II. rectius 5. (1076–1079).

Sigewinus [m] pontifex ecclesie Coloniensis XXXV.

Tricesimus quintus tenuit pontificalem cathedram Coloniensis ecclesie sedens sub Heinrico IV. imperatore predicto [n] annis 10 [o] venerabilis pontifex [p] Sigewinus.

cat. II.

Hermannus tercius Coloniensis pontifex XXXVI.

Tricesimo sexto loco ordinatus est ad regimen pontificale Coloniensis ecclesie sedens sub Heinrico IV. predicto [q] imperatore annis 10 et mensibus [19] 6 venerabilis pater Hermannus III. quem divitem cognomento appellamus.

cat. I.

[19] mensibus quinque catalogi antiquiores.

Fredericus primus Coloniensis archiepiscopus XXXVII.+

+ add. 2 in scheda insuta: Fredericus primus monasterium Campense ordinis Cystersiensis instituit ac sibi conventum 12 monachorum cum abbate suo fratre Muremundensi abbate mitti mandavit. Quos missos benigne suscipiens in pallacio suo Colonie ut dicitur tamdiu petinuit, donec eis (eos cod.) in episcopatu suo de loco congruo providit. cf. Annalen des hist. Vereins f. d. Niederrhein XX, 263.

b) autem 2. 3 c) sanctis novis novis 2. d) cum 2. 3. e) tunc 3. f) in monte deest 1. g) fuit 1. scilicet 3. h) montem 3. i) et 2. k) et deest 3. l) Hildolfus 2. m) Syg. 1. 2. n) supradicto 1. 3. o) et non plus add. 5. decem deest 3. p) presul 1. 3. q) sub pred. H. IV. 1. 3.